Quelle:
Copyright:



S. Fulgentius Ruspensis in Africa Episcopus defunctus est /: juxta Norisium II. 24 hist: Pelag: & Pagium ad ann: 529. num: 12 :/ ao 533. Plura de ipso dabunt Bollandus Tom I. Januarii, Ittigius in actis Erudit: A. 1684. Et editio Veneta in vita S. Fulgentii.

7

S. Augustini Enchiridion. 124b–144b

S. Augustini Enchiridion, seu liber de fide, spe, et charitate. Rubrica est: "Incipit liber Enchiridion S. Augustini Episcopi scribens Laurencio cupiens eum esse sapientem secundum Scripturas". Initium: "Dici non potest dilectissime fili Laurenti quantum tua eruditione delecter." Capitum numerus alius est, ac in edit: Maurian: T. VI. col: 195. coetera eadem.

8

Gennadii Massiliens: liber de ecclesiasticis dogmatibus. 144b–148b

Gennadii Massiliensis Presbyteri liber de ecclesiasticis dogmatibus. Rubrica quidem erronea dicit: "Incipit liber S. Augustini de ecclesiasticis dogmatibus"; sed jam manus coæva in margine addidit: alij dicunt quod est geñady, et editores Benedictini Opp: S. Augustini T. VIII in Append: col: 75 asserunt: liquet non esse Augustini, tametsi in codicibus bene multis ipsi adscribatur. Ibidem videsis variorum de authore hujus libelli sententias. Initium operis est: "Credimus unum deum esse Patrem et filium et spiritum S.

Gennadius floruit ante annum 495. Scripsitque S. Hieronymi exemplo librum de viris illustribus. Fabric: Bibl: m: & i: lat: T. 3. p: 30, et 31. in nota.